



Westfälische Stadtrechte

Unna

Münster, 1930

nr. 3 1303 April 20 Erklärung der Stadt Unna, daß ihr vom Stift Essen eine Weide beim Hofe Brockhausen unter bestimmten Bedingungen verkauft worden ist.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70677)

morantes cum infra morantibus tantam pari gratiam gaudere debeant et eodem jure potiri. Unde, ne possit in posterum oriri questio, huius sue gratie nostreque donationis querentes inditium dedimus super hoc ipsis presens scriptum in testimonium sigilli nostri appensione confirmatum.

Datum Unha, sabbato ante assumptionem beate Virginis anno Domini 1290.

3. — 1303 April 20.

Erklärung der Stadt Unna, daß ihr vom Stift Essen eine Weide beim Hofe Brockhausen unter bestimmten Bedingungen verkauft worden ist.

Abschrift des 17. Jh. in der Kindlinger'schen Sammlung im St. A. Münster (Mfr. II 119 p. 119), von Kindl. anscheinend mit dem Original kollationiert. — Erwähnt: Matthias „Der Essener Oberhof Brockhausen“ Münst. Philol. Diss. 1910 S. 54 Anm. 1 mit ungenauer Angabe.

In nomine domini amen. Universis in perpetuum presentes literas visuris vel audituris . . consules ac universitas opidanorum in Unna salutem et veritatis cognitionem. Quoniam gestarum series rerum fedo oblivionis plerumque contegitur velamine et calumpniam patitur, nisi posteriorum recommendetur memorie lucido et authentico scriptorum exemplo perhenniter retinenda, notum igitur facimus et tenore presentium publice protestamur, quod venerabilis domina . . abbatissa et . . capitulum secularis ecclesie Assindensis ob dilectionem ac favorem et ad petitionem illustris viri domini Everhardi comitis de Marcka, domini nostri, bona seu terras inferius notatas ecclesie eidem et ad curtem eius in Bröchhusen pertinentes, scilicet partem terre dicte Buckeslo⁷ prope dictam curtem in Bröchhusen site, quantum ad limites nobis demonstratos et signatos, et campum incultum, qui de molendino dicto Bovenmüle⁸ et de rivo ibidem ac de ponte dicto Scharbrugge versus occidentem usque ad vias publicas et ad agros fertiles circum iacentes protenditur, certis terminis et limitibus ab aquilanari latere campi eiusdem demonstratis similiter et signatis, nobis ad perpetuum usum pascue pro centum marcis bonorum Monasteriensium denariorum legitime vendiderunt sub pactis et condicionibus infrascriptis, videlicet quod nos et dicta curtis et tota villa in Brochusen necnon et tres curtes in novalibus ipsius ecclesie iuxta dictum campum adhuc construende pascuis ipsis communiter et equaliter utemur nec ipsa terra et campus memoratus ad aliquos usus seminarios excolentur nec in ius pascue vel prata specialia fient nec aliqua ibidem habitacula erigentur, pascuis etiam, que a dicta ecclesia concessa fuerint, huiusmodi tribus curtibus con-

⁷ Östl. von Brockhausen, dem heutigen Königsborn, und Schulte Brockhausen.

⁸ Bovingmühle in Brockhausen.

struendis adhuc post vendicionem pefatam in dictis novalibus nos cum eisdem curtibus similiter et equaliter coutemur, campum vero predictum ab aquilonari parte sepibus seu fossatis, ne pecora de ipsis pascuis ad nocendum dictis novalibus et segetibus ibidem egredi valeant, sedulo munire tenebimur et firmare, quibus fossatis et sepibus includetur via, que ad presens ducit ad molendinum predictum. In recognitam itaque et perpetuam memoriam huiusmodi emptionis, pactorum et condicionum presentes literas domine . . . abbatisse et . . . capitulo ecclesie predictae concessimus sigillis pefati domini nostri comitis et nostro roboratas. Et nos Everhardus comes de Marka protestamur, quod ad petitionem . . . consulum et universitatis opidanorum nostrorum in Unna sigillum nostrum presentibus apponendum duximus in testimonium et perpetuam memoriam premissorum. Consules antedicti, per quos hec acta sunt, sunt hii: Henricus dictus Distel, magister burgensium, Theodorus dictus de Varsthusen, Ludekanus dictus uppen Markede, Dethardus dictus bime Kerichove, Thelemannus dictus in der Massenstrate, Theodorus dictus Werenbolt, Gerhardus dictus Ber-man, Hermannus dictus Blome, Dethardus dictus Veddere, Gobelinus dictus Halsberge, Lambertus de Bielemerke et Ecbertus dictus uppem Markede^o. Datum anno domini M^oCCC^{mo} tertio, XII kal(endas) Maij.

4. — 1307—1317.

Nachrichten über einen Hof der Grafen von Kleve in Unna.

a) 1307 Januar 31.

Schiedspruch der Grafen Gerhard VII. von Jülich, Wilhelm von Berg u. a. zwischen Graf Otto von Kleve einerseits und Graf Eberhard I. v. d. Mark und dessen Sohn Engelbert II., Herrn v. Arberg, andererseits über den neuen Burgbau zu Holte und andere Punkte.

Druck: Sacomblet III, 41 nr. 57.

Darin: Vortme sagin wir van deme hove van Unna, den Albrecht vanme Putze van dem greven van Cleve ze lene hadde, dat der greve van der Marken den hof niet geldin inmochte sunder wille des greven van Cleve, dat he sine hant darave dun sal, in-muge in behaldin mit gemude des grevin van Cleve.

b) 1317 Oktober 29.

Schiedspruch des Grafen Adolf VIII. von Berg und Dietrich, Herrn von Isenburg, zwischen Erzbischof Heinrich II. von Köln, dem Grafen Engelbert II. von der Mark, Mechthild Frau v. Dinslaken (Witwe des Grafen Otto v. Kleve) und deren Tochter Irmgard einer-

^o Eine mit dieser nicht ganz übereinstimmende Ratsliste vom 24. Juli 1303 f. Anh. nr. 1,